

post cuius decessum omnis illa pensio abolita sit et extincta. Quod facilius contingere poterit, si omnem pretensum ius de cardinali sancti Severini in ipsum archiepiscopum Cesaraugustanum translatum sit aut transferri procurint. Aquiescant itaque talibus nostris honestis rogatibus Serenitates vestre Semperque considerent et volutent, talem ordinem Theotonicorum primeua sui institutione ita fundatum esse, vt ipsius bona solis Germanis suppeditare debeant. Et ita agant, ut dicto ordini, quem tueri et conseruare desideramus et tenemur, tales preces nostras bene profuisse videamus. In eo Serenitates vestre dicto ordini preter id, quod iusticia equitas, quem expostulant et pro se ferunt, paterne opitulabuntur: nobisque rem ita gratam ostendent, vt ad eam singulari affectu et desiderio ergo Serentitates vestras rependendam numquam dum aura vitali fruemur, velimus esse immemores. Datum in oppido nostro Friburgensi xxi mensis iulij Anno domini Mo CCCCo lxxxviiij, Regnorum nostrorum Romani xiiij, Vngarie vero viiiij annis.

Serenissimis principibus dominis Ferdinando et Elisabeth, regi et regine Castelle etc., fratri et sorori ac consanguineis nostris carissimis¹⁸.

¹⁸ Dem Text nachgesetzt: am 29. Juli 1498 richteten auch die Reichsstände und der König Briefe mit ausführlicher Schilderung der Rechtslage an Papst Alexander VI. Vgl. dazu Schumacher a. a. O. Im Brief der Reichsstände wird betont, daß es wohl kaum eine Nation gebe, die dem päpstlichen Stuhl treuer ergeben sei, als die deutsche, und daß daher der Hl. Stuhl sozusagen die moralische Pflicht habe, gerade ihr gegenüber alles Unrecht zu vermeiden.